



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 vtrum venditio reddatur iniusta, & illicita propter defectum rei venditæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

commutationi, qm in causam inuoluntaria fit venditio, vt patet in eo, qui necessitate indigentia ductus, vendit a prouis habitum agrum, iusto in pretio, & similibus: vnde si iustum est pretium; quod diximus, nihil obstat huiusmodi admittio voluntarij, &c.

In eodem articulo dubium occurrit quia vendere aliquid, puta agrum, vel domum cum pacto de retrovendendo, & etiā cū pacto, q interim, q retrovendatur, locet ipsi eidē primo venditori, est licitum, vt cōmunis obseruatia testatur, si sint iusta pretia. Et tñ conitay, q in hoc casu res vēditur plus, quā valeat: quia si valet mille, vēditur pro mille, & p obligatione ad retrovendendū, quā obligationem coltat esse estimabilem pecunia, non minus, q obligationem ad renunciantidum, quam pecunia equalere dicit author inferius in q. seq. artic. 2. ad 4. est ergo licitū vendere rem plus, q valet.

Ad hoc dī, q in huiusmodi cōtractibus non vendit res plus, quā valet pp duo. Primo, quia cōmuniter res, que sic venduntur, valent plus nō absolute, sed venditori: quia ideo vult illud pactum, quia incommodum ex venditione incurrit. Respondeo ergo obligatione emētis ad reuendendum, & locandū, quantū valoris rei respectu huius. Et sic quia res valet mille, & quanti est incommoditas mea: ideo emittitur pro mille, & obligatione ad vendendum, & locandū. Secundo, quia cum ex iure positio fit rerum diuisio, & proprietates, consuetudo, quæ iuris vim habet, efficit, vt pro nihilo habeatur hæc pacta in huiusmodi cōtractibus, & hoc ad obuiandum fraudibus vsurarum. Si enim ager valens mille, vēderetur octingentis cū illis pactis in fraudem vsurarum, multum magis, quam venditio putaretur.

In calcē corporis eiusdem articuli nota illa verba: Ille qui ex re alterius accepta multum iuuatur, &c. Ex his namque apparet, q nūmularij habentes in depositum aliorū pecunias, quibus utendo in exercitio suo licito multum iuuant, quamuis nō teneant ex debito

Loco citato in argum.

si sit notabile damnum. Quod ideo dico, quia iustum pretium rerum non est punctualiter determinatum, sed magis in quadam estimatione consistit: ita quod modica additio, vel minutio non videtur tollere equalitatem iustitiæ.

Ad secundum dicendum, quod sicut August. ibidem * dicit. Minus ille, vel seipsum inueniendo, vel alios experiendo, vili uelle emere, & care tenere, omnibus id credidit esse commune: sed quoniam reuera vitium est, potest quisque adipisci huiusmodi iustitiam, qua huic resistat, & vincat. Et ponit exemplum de quodam, qui modicum pretium de quodam libro propter ignorantiam postulanti, iustum pretium dedit. Vnde patet, q illud commune desiderium non est natura, sed vitij: & ideo commune est multis, qui per latam viam vitiorum incedunt.

Ad tertium dicendum, quod in iustitia commutativa consideratur principaliter equalitas rei: sed in amicitia vtilis, consideratur equalitas vtilitatis. Et ideo recompensatio fieri debet secundum vtilitatem perceptam: in emptione verò secundum equalitatem rei.

ARTICVLVS II.

Utrum venditio reddatur illicita propter defectum rei vendite.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod venditio non reddatur iniusta, & illicita propter defectum rei vendite. Minus enim cetera sunt pensanda in re, quā rei species substantialis: sed propter defectū speciei substantialis non videtur reddi venditio rei illicita, puta si aliquis argentum, vel aurum alchimicum pro uero, quod est utile ad omnes humanos usus, ad quos necessarium est argentum, & aurum, puta ad uasa, & ad alia huiusmodi; ergo multo minus erit illicita uenditio, si sit defectus in aliis.

2 Præterea. Defectus ex parte rei, qui est secundum quantitatem, maxime videtur iustitiæ contrariari, quæ in equalitate consistit: quantitas autem per mensuram cognoscitur. Mensura au-

tem rerum, quæ in usum hominum ueniunt, non sunt determinatæ, sed alicubi maiores, alicubi minores, ut patet per Philosophum in quinto Ethicorum: * ergo non potest euitari defectus ex parte rei uendite: & ita videtur, quod ex hoc uenditio non reddatur illicita.

3 Præterea. Ad defectum rei uendite pertinet, si ei conueniens qualitas deest: sed ad qualitatem rei cognoscendam requiritur magna scientia, quæ plerique uenditoribus deest: ergo non redditur uenditio rei illicita propter defectum.

Sed contra est, quod Ambrosius * dicit in lib. de Officijs Regula uenditiæ manifesta est, quod a uero non declinare uirum decet bonum, nec damno iniusto afficere quenquam, nec aliquid dolo annexere rei suæ.

Respondeo. Dicendum, quod circa rem, que ueditur, triplex defectus considerari potest. Vnus quidem secundum speciem rei: & hunc quidem defectum, si uenditor cognoscat in rem, quā uendit, fraudē committit in uenditione, unde uenditio illicita redditur. Et hoc est, quod dicitur contra quosdam Isai. Argentū tuum uerlum est in scoriā, unū tuū mistū est aqua. Quod enim permissum est, patitur defectū quantitatis et speciem. Alius autem defectus est secundum quantitatem, quæ per mensuram cognoscitur: & ideo si quis scienter utatur deficienti mensura in uendendo, fraudem committit, & est illicita uenditio. Vnde dicitur Deut. 25. Nō habebis in sacculo diuersā ponderā, maius, & minus: nec erit in domo tua modus maior, & minor: & postea subditur. Abominatur enim Dñs eum, qui facit hæc, & aduersatur omnem iniustitiam. Tertius defectus est ex parte qualitatis, puta si aliqd animal in firmum uendat quasi lanam: quod si quis scienter fecerit, fraudem committit in uenditione, unde est illicita uenditio. Et in omnibus talibus non solum aliquis peccat, iniustam uenditionem faciendo, sed etiam ad restitutionem tenetur. Si uero cognoscatur in re uendita fuerit, uenditor quidem nō peccat, quia facit iniustam materialiter: nec eius

operatio est iniusta, ut ex supradictis patet: teneatur tamen cum ad eius notitiam pervenerit, damnum recompenare emptori. Et quod dictum est de venditore, etiam intelligendum est ex parte emptoris. Contingit enim quandoque venditorem credere rem suam esse minus pretiosam quantum ad speciem, sicut si aliquis vendat aurum loco auricalchi, emptor si id cognoscat, iniuste emit, & ad restitutionem tenetur: & eadem ratio est de defectu qualitatis, & quantitatis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod aurum, & argentum non solum cara sunt propter utilitatem vaforum, quae ex eis fabricantur, aut aliorum huiusmodi, sed etiam propter dignitatem, & puritatem substantiae ipsorum. Et ideo si aurum, vel argentum ab alchymicis factum, veram speciem non habeat auri, & argenti, est fraudulenta & iniusta venditio: praesertim cum sint aliqua utilitates auri, & argenti veri, secundum naturalem operationem ipsorum, quae non conveniunt autem per alchymiam sophisticato. Sicut quod habet proprietatem laetificandi, & contra quaedam infirmitates medicinaliter iuvat. Frequenter etiam ponitur in operatione, & diutius in sua puritate permanet aurum verum, quam aurum sophisticatum. Si autem per alchymiam fieret aurum verum, non esset illicitum ipsum pro vero vendere: quia nihil prohibet artem uti aliquibus naturalibus causis ad producendum naturales, & veros effectus, sicut Aug. dicit 13. de Tri. de his, quae arte demonum sunt.

AD SECUNDUM dicendum, quod mensuras rerum venalium necesse est in diversis locis esse diversas propter diversitatem corporum, & inopia rerum: quia ubi res magis abundat, consueverunt esse maiores mensurae. In unoquoque tamen loco ad rectores civitatis pertinet determinare, quae sint iustae mensurae rerum venalium, pensatis conditionibus locorum, & rerum. Et ideo has mensuras publica autoritate, vel consuetudine institutas praeterire non licet.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut Aug. dicit in 11. de civitate Dei, Pretium rerum venalium non consideratur secundum gradum naturae, cum quandoque plura vendatur unus equus, quam unus servus: sed consideratur secundum quod res in usum hominis veniunt. Et ideo non oportet

quod venditor, vel emptor cognoscat occultas rei venditae qualitates, sed illas solum, per quas reddit humanis visibus apta, puta, quod equus sit fortis, & bene currat: & similiter in ceteris. Has autem qualitates de facili venditor, & emptor cognoscere possunt.

ARTICVLVS III.

Utrum venditor teneatur dicere vitium rei venditae.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod venditor non teneatur dicere vitium rei venditae. Cum enim venditor emptorem ad emendum non cogat, videtur eius iudicio rem, quam vendit, supponere: sed ad eundem pertinet iudicium, & cognitio rei: non ergo videtur imputandum venditori, si emptor in suo iudicio decipitur, praecipitanter emendo absque diligenti inquisitione de conditionibus rei.

¶ 2. Praeterea. Stultum videtur, quod aliquis id faciat, unde de eius operatio impediatur: sed si aliquis vitia rei vendendae indicet, impedit suam uenditionem. Unde Tull. in lib. de Offi. inducit quendam dicentem. Quid tam absurdum, quam si domini iussu ita praeco praediceret, Domum pestilentem vendo: ergo venditor non tenetur dicere vitia rei venditae.

¶ 3. Praeterea. Magis necessarium est homini ut cognoscat viam virtutis, quam ut cognoscat vitia rerum, quae venduntur: sed homo non tenetur cuiuslibet consilium dare, & veritatem dicere de his, quae pertinent ad virtutem, quamvis nulli debeat dicere falsitatem. ergo multo minus tenetur venditor vitia rei venditae dicere, quasi consilium dando emptori.

¶ 4. Praeterea. Si aliquis teneatur dicere defectum rei venditae, hoc non est nisi ut minuatur de pretio: sed quandoque diminueretur de pretio etiam absque vitio rei venditae propter aliquid aliud, puta, si venditor deferret triticum ad locum, ubi est carissima frumenti, sciat multos posse venire, qui deferant: quod si sciretur ab ementibus, minus pretium darent. Huiusmodi autem non oportet dicere venditorem, ut videtur: ergo par ratione nec vitia rei venditae.

SED CONTRA est, quod Ambrosius dicit in libro de Offi. In contractibus vitia eorum, quae veniunt, prodi iubentur, ac nisi intimaverit venditor, quamvis in ius emptoris transierint, doli actione vacuantur.

RESPONDEO. Dicendum, quod dare alicui occasionem periculi, vel damni semper est illicitum, quamvis non sit necessarium, quod homo alteri semper det auxilium, vel consilium pertinens ad eius qualemcumque promotionem: sed hoc solum est necessarium in aliquo casu determinato, puta, cum alius eius curae subdatur, vel cum non potest ei per alium subveniri. Venditor autem, qui rem vendendam proponit, ex hoc ipso dat emptori damni, vel periculi occasionem, quod rem vitiosam ei offert, si ex eius vitio damnum, vel periculum incurrere possit. Damnum quidem, si propter huiusmodi vitium res, quae vendenda proponitur, minoris sit pretii: ipse vero propter huiusmodi vitium nihil de pretio subtrahat. Periculam

Secunda Secunda S. Thomae. 2 4 autem

se, vel per alium occultum defectum ei quae emit, quod est damnum rei: ut sic & seipsum servaverit indemnem, & proximo occasione damnicum di alteri non dederit. Tertium est in risu ne ad quartum, quod regulariter considerat emptorem, & venditione prius pensat, non futurum, aut pretium. In quibusdam tamen contractibus, quod fuerat res suas servaturus, ut futuro tpe venderet, vel cum emit res futuro tpe assignandas, pro pretii sui habetur pariter extra de usuris, capit. Nauticantis, &c.

Quel. 2. artic. 10.

Super

lib. 3. parum sane mediū libri, in cap. cuius titulus est. In contractibus commutatis, quod forma honesta, in fine illius.

Lib. 3. c. 180. parum a prius. com. 4.

vel 3003